55

randa canitiae. quam puto &iam angelos uereri; Cum his inquam sa
cerdotibus per quos creditis uota supplicationes que uestras ad cornua
caelestis altaris inponi; Sed puto sufficere haec. aut adhuc aliquid.
maius temptabimus; Audere enim me cogit dolor ipsum tibi adhibeo xpm.
qui semetipsum exinaniuit ut nobis hominibus loqueretur; Ipsius inpassibilis
tibi adhibeo passiones. offero tibi ad intercessionem crucem eius & clauos.
quibus sacro sca confixe sunt manus. sanguinem quem pro totius mundi
salute profudit; Sepulturam resurrectionem. adque ascensionem eius.
ad caelos; Adhibeo tibi istud altare ad quod communiter omnes accedim(us).
in quo typum salutis nostre hoc ipso ore quo nunc te deprecor celebram(us);
Mecum adhibeo ad imitandum te &iam sacro sca misteria illa per quae
uirtutibus celestibus sociemur; Et quamuis unum horum sufficere&
pro omnibus tamen his da nobis & (tibi) gratiam. & uniuerse ecclesiae que in
domo tua est; Et uenerando huic conuentui qui nobiscum pariter supplicat.
&iam si nobis concedit uerbi ministerium. Uel aetatis prerogatiua uel
priuilegio sacerdotis; Tu ergo qui pro salute omnium numquam uinceris.
in hoc solo patere te nunc uinci. & nihilominus uince clementia; Ecce
quantos tibi obtuli patronos & aduocatos. supplicationis meae in conspec
tu dni & scorum angelorum & regni celorum; Honora fidem meam quam &
sequeris & ueneraris. qua ego credidi. & quae mihi credita est. ut & tua fides
in maioribus & perfectioribus honoretur. adto. In summa autem rerum habes
& tu in caelo dnm. Qui talis erit erga te iudex. qualis & tu exteteris erga eos
quos iudicas. A quo omnes (& in) presenti & in futuro. misericordiam speremus.
P(er) xpm dnm nrm uiuentem secum & regnantem cum spu sco in saecula
saeculorum. amen — GREGORII epi LIBER VI. explicit.
INCIP LIB VII. DE RECONCILIATIONE ET UNITATE MONACHORU(M)
Linguam nostram soluit affectus. & hominum legem contemnimus propter sci
spc legem. procedimus cuiquam. sed pacis iam uerba preferimus. Ante
hoc dum aduersum se membra certarent. dum scm & uenerabile corpus xpi
Diuideretur abscinderetur in partes cum pene ossa dispersa essent

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc276/0113